1/79

*IDIBVS IANVARIIS MCMLXXIX*

# RVMOR VARIVS

# RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris et a studiosis AKADIS editur

RVMOR VARIVS duodecies in singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis: (quotannis)

| | | |
|---|---|---|
| In Helvetia | Fr. | 8.80 |
| In Germania | DM | 14.50 |
| In Austria | öS | 90.-- |
| In reliqua Europa | Fr. | 15.-- |
| In terris trans maria sitis | Fr. | 8.80* |

*et pretium mittendi

Speciminis exempla gratis mittuntur, ubi id rogatur

Collegium redactorum:
Ulricus Aeschlimannus
Thomas Wichtermannus
Heinz Hürzeler

Impressum et acceptio rerum legentibus publicandarum:

Franciscus Bachmannus

Typographeum:
Copy Quick, Turicum

Domus editoria:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Institutum pecuniarium:
Societas Helvetica institutorum pecuniariorum SHIP
Conto:
RVMOR VARIVS 806.134 J 1 A

RVMOR VARIVS wird von den Lehrern und Studierenden der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint 12 Mal jährlich

Auflage: 330

Abonnementspreis: (jährlich)

| | | |
|---|---|---|
| Schweiz | Fr. | 8.80 |
| Deutschland | DM | 14.50 |
| Oesterreich | öS | 90.-- |
| übriges Europa | Fr. | 15.-- |
| Uebersee | Fr. | 8.80* |

*zuzüglich Porto

Einzelne Probenummern können gratis bezogen werden

Redaktionsteam:
Ulrich Aeschlimann
Thomas Wichtermann
Heinz Hürzeler

Graphik und Layout:

Franz Bachmann

Druck:
Copy Quick, 8001 Zürich

Verlagsadresse:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Inserate, Korrespondenz:
RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Bankverbindungen:
Schweizerische Bankgesellschaft SBG
Konto:
RVMOR VARIVS 806 .134 J1A

# PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus
omnibus legentibus s.d.p.

Si valetis, bene est, ego valeo.
Superiore mense in hoc libello sententiam unius amicorum nostrorum divulgavi, qui res graves in nostro libello amplius respici velit. Ego hodie vobis ostendere velim, quomodo hoc desiderium non modo a me, sed etiam a vobis omnibus in factum verti possit. Vertendo paginas invenietis epistulam ad hodiernum statum rei publicae Persarum pertinentem. Originem sententiarum in hac epistula publicatarum in aliquo libello Germanorum lingua scripto inveni. Excepi sententias gravissimas et eas in Latinam linguam transtuli.
Ceterum vos certiores facere velim me inproximo libello hanc epistulam de rebus Persarum perrecturum esse.
Spero vos his litteris legendis eas famas melius perspecturos esse, quae omni die ad nostras aures perveniant sive sint nuntiatae machina radiatili sive commentariis scriptis sive machina televisoria.
Opto ut etiam nonnulli vestrum me imitari temptaturi sint, nam vobis haud ignotum est nostrum libellum ratis partibus vestra manu scriptis semper carere!
Mittite nobis quam plurimas ratas partes scriptas!
FELICEM NOVVM ANNVM VOBIS!

Ulricus Aeschlimannus

| | |
|---|---|
| machina radiatili | Radio |
| machina televisoria | Fernseher |

# DE FORMA, QVAE REI PVBLICÆ PERSARVM FVTVRA I

Pugna pro futura forma regni Persarum toto in mundo omnium oculos animosque ad se convertit. Aliquando Schah Reza Pahlevi "cum mortuus ero", inquit "populus meus per longa tempora reminiscetur me illum ducem fuisse, qui regnum Persarum ex aetate media in tempus modernum duceret!" Reapse profectio Persarum in tempus modernum anno MCMLXIII inita est, nam eo anno maxima pars Persarum plebiscito "revolutionem albam" a Schah declaratam approbaverunt. Nunc adversarii profectioni finem fecerunt; instat "revolutio nigra". Quae regnum Persarum in aetatem mediam reducere possit.



Schah Reza Pahlevi

Schah Reza Pahlevi et Ayatollah Khomeini - homo potius religiosus quam politicus - iterum acerrimo proelio inter se certant: Ayatollah Khomeini anno MCMLXIII a Schah victus nostro anno MCMLXXIX fortasse victor erit. Sin autem Ayatollah ex hoc proelio victor abierit, is autokratiae, qua Schah Reza regnum suum in quoddam imperium populis Asiae timendum vertere voluit, finem faciet et vir religiosus theokratiam constituet, cui signum mentis suae progressui et advenis oppositae imprimet.

Tertius actor in hac tragoedia Persarum est Schahpur Baktiar, qui a Schah Reza caput regiminis designatus est. Is autem non amicus designatoris sui esse putatur, quod brevi tempore ante quam caput regiminis designatus est, designatorem suum cum Hitlero comparari posse dixerat. Verisimile est hoc novum caput regiminis futuro receptui sui designatoris e re publica providere.

Sed nihilominus Khomeini amicus capitis novi regiminis esse putatur, quia Schahpur Baktiar amicus civitatum in Europa et in America sitarum esse putatur, et quia democratiam in regno Persarum constituere velit. Baktiar sperans Khomeinium sibi pacando regnum auxiliaturum esse auctoritatem eius in angustis finibus coercere velit. Regnabitne apud Persas denique autocratia aut theocratia aut democratia? Poteritne Schahpur Baktiar veram democratiam in sua patria constituere? Terra Persica opibus in terra inclusis multis magnis rebus publicis maxime interest.



Quam ob rem - miserabile dictu - non dubitandum est duces harum rerum publicarum se rebus publicis Persicis ea mente interposituros esse, ut e praesente bello suis civitatibus quam maxima commoda capiant. Vera democratia autem in regno Persarum institui non potest nisi a forti duce et a populo Persico ipso omni interventu ducum externorum omisso constituitur. Futura tempora monstrabunt, num Schahpur Baktiar hic dux sit, qui Persis nullis ducibus externis se interponentibus rem restituere possit. Schah Reza Pahlevi, cum adhuc fuerit dictator, tamen patriae Persarum quaedam commoda praebebat, inter quae solum hoc unum enumerem: Et auctoritate sua et exercitu strenuo semper impediebat quominus externae res publicae rerum Persarum potiri possent.

Ulricus Aeschlimannus

(epistula in proximo libello continuetur)

**orandum est, ut sit mens sana in corpore sano**

# BREVITER SCRIPTA

| | | |
|---|---|---|
| a.c. | anni currentis | des laufenden Jahres |
| a.Chr.n. | ante Christum natum | vor Christi Geburt |
| A.D. | anno Domini | im Jahre des Herrn |
| a.p. | ad patres | zu den Vätern (sterben) |
| a.f. | anni futuri | des künftigen Jahres |
| c.l. | citato loco | am angeführten Orte (a.a.O.) |
| dt. | dedit | er hat bezahlt |
| i.e. | id est | das heisst |
| I.N.D. | in nomine Dei (Domini) | im Namen des Herrn |
| INRI | Iesus Nazareus Rex Iudaeorum | Jesus von Nazareth, König der Juden |
| I.R. | Imperator Rex | Kaiser (und) König |
| L.A.M. | liberalium artium magister | Magister der freien Künste |
| L.H.D. | literarum humaniorum Doctor | Dktor der Literaturwissenschaft |
| N.N. | nomen nescio | den Namen weiss ich nicht |
| N.N. | nomen nominandum | der zu nennende Name |
| p.a. | pro anno | aufs Jahr |
| p.c. | pro centum | für hundert (%) |
| pp. | pergite, Pierides (Virg.) | macht fort; auf, ans Werk |
| P.P. | praemissis praemittendis | man nehme an, der gebührende Teil sei vorausgesetzt (auf Schriftstücken) |
| p.ptr. | praeter propter | etwa, ungefähr |
| p.t. | pro tempore | für jetzt |
| P.s. | post scriptum | Nachschrift |
| s.e.c. | salvo errore calculi | Rechenfehler vorbehalten |
| s.e.et o. | salvo errore et omissione | Irrtum und Auslassung vorbehalten |
| S.T. | salvo titulo | mit Vorbehalt des richtigen Titels |
| (sic!) | sic! | so, wirklich so! |
| S.J. | societas Jesu | Gesellschaft Jesu |

# Alacria

Conficor casei cum lanio in deversorium intravit et cenatum iit. Conficor casei: Ego, inquit, caseum cibum velim, quia ignoro, quid sit in botulis. Tum lanius: Et ego caseum velim, quia non ignoro!

deversorium   Wirtschaft
conficor casei

| | |
|---|---|
| deversorium | Wirtschaft |
| conficor casei | Käser |
| lanius | Metzger |
| botulus | Wurst |

---

QVADRATVM MAGICVM

1. pronomen demonstrativum
2. flumen apud inferos
3. gen. oppidi Phoenicii
4. digressus sum

| 1 | 2 | 3 | 4 |
|---|---|---|---|
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | |

# Aenigma

PRAEMIA SVNT:

primum praemium: LIBER
secundum praemium: LIBER PARVUS
tertium praemium: LIBER PARVUS

QVO PRAEMIVM ACCIPI POTEST!

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!

DIES VLTIMA IDIBVS FEBRVARIIS MCMLXXIX EST!

ad perpendiculum:

1. cibus diurnus
2. filius Antenoris
3. stillat
4. dux Graecorum apud Troiam
5. dubito ... veniat
6. notus
7. conditor Pataviae
8. interiectio
9. potus (amoris)
10. maxime ardens
21. terram vertens
22. "... homo!"
25. odoram accipe!
26. animal
27. multitudo arborum
30. certamen
31. certamen
35. pro anno (bs)
36. post meridiem (bs)
38. sanctus (bs)

bs=breviter scripta

ad libram:

1. Troiani
9. praemittis praemittendis (bs)
11. dea maris
12. genitivus (bs)
13. niti (1.p.sg.praes.)
14. oppidum in Picenum
15. podium servorum vendendorum
16. accusata
17. plus amare
18. id est (bs)
19. verbum sine obiecto accusativo (bs)
20. purgone
22. emetior
23. Gnaeus
24. ... Varius
26. non unicors
28. L et V sunt ...
29. aggrediens
30. nomen gentis Romani pl.
32. cena ab apibus facta
33. regio Helveticae (bs)
34. regio Helveticae (bs)
35. praemittis praemittendis (bs)
37. pars vultus
39. adamanteus



# SIT MAIOR LÆTITIA LEPROSIS

Cur mense Ianuario homines totius orbis terrarum memores sunt leprae? Quia toto orbe terrarum circa $|\overline{CL}|$ (15 Mio) hominum morbo leprae affecti sunt. Ex his solum circa $|\overline{XL}|$ (4 Mio) curati sunt, maior pars autem $|\overline{CX}|$ (11 Mio) non curantur.

Labor immensus est pecuniam ad conformandum medicos et curatores et ad emendum medicamenta necessaria colligere. Nam cura et medicamenta pro aegroto quotannis L francorum est. Auxilium pro leprosis Emmaus Schweiz collegit anno MCMLXXV circa $|\overline{XXIII}|$ (2,3 Mio) francos et auxilium tulit $\overline{CCC}$ (300'000) aegrotis in C valetudinaria.



CICATRICES IN VVLTV CORPOREQVE DISTRIBVITAE

Lepra est morbus, cuius causa bacillus a Hansenio anno MDCCCLXXIII inventus est. Tempus incubationis usque ad XX annos manet. Quam ob rem ignotum est, quomodo bacillus ad alios transeat. Bacillus nocet cuti, nervi et musculi. Membra et aliae partes corporis bacillo afflictae omni sensu carent.





SORS AEGROTAE SERO TRACTATAE



CAECITAS



AVTOMOBILE EXAMINATIONI CVRAEQVE

Contagium parvum est, quod hodie non iam expelluntur, sed in familia remanent. Et alimenta sana copiosaque curatioque diligens corporis morbum prohibent. Itaque in Europa morbus leprae quasi non iam exsistit, sed in Asia, Africa, Australia, America meridiana disseminatus est.

Heinz Hürzeler



VALETVDINARIVM IN HVBLI (INDIA) ANNO MCMLXXVI INAVGVRATVM



BACILLVS LEPRAE



PRO IMAGINIBVS GRATIAS AGIMVS AVXILIO PRO LEPROSI

Emmaus Schweiz
Spitalstrasse 9
3011 BERN
PC: 30-136

## SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus. Hic sunt, qui primum, secundum, tertium praemium accipient:

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 P | E | 2 R | I | 3 M | B | E | 4 C | 5 I | L | 6 L | U | 7 S |
| A | | U | | E | | 8 C | O | L | L | U | S | A |
| 9 U | S | P | 10 I | A | 11 M | | R | I | | C | | G |
| 12 P | R | E | X | | E | | 13 N | U | 14 M | E | 15 R | I |
| 16 E | N | S | I | C | U | 17 L | U | S | | 18 L | A | T |
| R | | | O | | 19 M | E | | | 20 P | L | U | T |
| 21 C | A | N | N | 22 A | | 23 O | 24 B | | 25 L | U | C | A |
| U | V | | | R | | | E | | 26 A | M | U | R |
| 27 L | E | P | U | S | 28 C | U | L | U | S | | 29 S | I |
| U | | | | | O | | L | | | 30 X | | U |
| 31 S | U | B | T | U | R | P | I | C | U | L | U | S |

primum praemium:
Herr Dr. Peter Stadler
3097 LIEBEFELD

secundum praemium:
Herr Harald Jenk
3098 KOENIZ

tertium praemium:
Frau Pat Peuschel
8542 WIESENDANGEN

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 P | 2 O | 3 N | 4 O |
| 2 O | R | I | S |
| 3 N | I | C | O |
| 4 O | S | O | R |

# Ihre Bank: Bankgesellschaft

UBS

Schweizerische Bankgesellschaft




SVBNOTO RVMOREM VARIVM:

Ich bestelle RVMOR VARIVS für mich:

SVBNOTO RVMOREM VARIVM DONVM DATVM ALIQVI:
(Factura subnotationis mittenda est ad adressam supra stantem)

Ich bestelle RVMOR VARIVS als Geschenk für jemand andern:
(Mit Rechnung an obige Adresse)

RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:



RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

AZ
8050 Zürich

1/79

*IDIBVS IANVARIIS MCMLXXIX*

# RVMOR VARIVS